Zwettl, 4. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



sepe diuersi languores. & afflictiones in corpore. & extrinsecus irruentes minuere calamitates. ut fames. pestilentia. gladius. & cetera huiusmodi pericula. Que omnia quotiensciuq; patimur eius debemus implorare auxilium. qui solus sua pietate. & animas curat. & corpora. & nouit quando filius suus quos ad eternam hereditatem. ꝓparat. & flagellum correptionis & dulcedinem consolationis adhibeat. sunt & iam mala quid aliud intelligenda sunt nisi quecunq; nobis accidere possunt. salutis. & pacis contraria. siue ꝓ temptationes diaboli. siue per aduersitates. & miserias seculi. & maxime illa pro quibus effugiendis ꝑcipue orare debemus. ut liberemur a uentura ira. a damnatione eterna. que sine dubio malis constat esse futura. Orat ergo hec sacerdos in mo ra cum sacerdote ecclesie ut quod in sine orationis dicitur est. dulce. sed libera nos a malo. Ira nobis ꝑdi iniam prestetur ut liberemur ab omnibus malis. id est q nobis uel in preterito accidere. uel in ꝑsenti accidunt. uel in futuro accidere posse formidantur. Unde & dns sciens fragilitatem nostram in tantis periculis constitutam. miserico rditer ammonet dicens. Vigilate & orate. ne intretis intemptationem. Scriptum. Vigilate itaq; omni tempore orantes. ut digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt. & stare ante filium hominis. Sequitur. sacerdos & dicit. & intercedente pro nobis beata & gloriosa semper uirgine dei genitrice Maria. et beatis apostolis tuis. Petro. & Paulo. atq; Andrea. da propitius pacem in diebus nris. ut ope misericordie tue adiuti. & a peccato simus semper liberi. & ab omni perturbatione securi. Preceptum dns populo suo israheliti cum detineretur in babilonica seruitute captiuus dicens inter alia. per ieremiam ꝓphetam. Orate pro pace ciuitatis ad quam transmigrare uos feci. quia in pace ipsius erit uobis pax. Similiter aut & apostolus populum ecclesie exhortatur dicens. Volo igitur primo omnium fieri obsecrationes. orationes. postulationes. gratiarum actiones. pro omnibus hominibus. pregibus. & his qui in sublimitate sunt. ut quietam & tranquillam